



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Ebersperg Monasterivm Sancti Benedicti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**

dimendum successori) immo vnum emit & alterum, sacellum in Raumenthal construxit honori SS. Trinitatis, & Beati Vdalrici. Tribus locis erexit Christi statuas è cruce cum latronibus pendentis, quæ tacere nolui, qui deteriora dixi.

## XXVII.

Post hunc Ioannes Reismair Oderting natus ad Ambram, pago provincie Landtspergensis, Pollingensis Monasterij presbyter professus & parochus in Beisenberg, Vdalrico relegato Rotenbuchium, cæteris de collegio per alia cœnobio dispersis, vtriusque magistratus auctoritate ad Dieffensem vocatus Præposituram, Monasterio tam fuit utilis, quàm noxijs, qui eum proxime antecesserunt. Annos præfuit XV. desinitque viuere IV. Id. April. anno CIO. IO. LXX. XIX.

## XXVIII.

In eius locum eodem anno scrutinio electus Balthasar Günter Krälhontensis. (quæ villa solitaria est parocchia Beisenbergica) in decessoris sui vestigijs, perrexit laudabiliter. Emit opimam vineam Terlan ad Athesia. Ecclesiam S. Rastoni nouam eamque ampliorem condidit. Deposuit curam Cœnobij cum vitâ anno CIO. IO. XI. Nonis Februarij, sepulchrum nactus iuxta aram Sanctæ Annæ.

## XXIX.

Simon Werlinus Landspergensis, post obitum Balthasaris, IV. Id. Marti, viâ Compromissi Præpositus creatus est, qui adhuc de suis præteritis, presentibus, futuris actionibus Dei iudicium expectat.

## ANIMADVERSIO.

Pag. 259. v. 18. fundatrix, lege dominatrix, ita lapis. pag. 263. & seq. pro Diezhen pone Diezen, ita codex MS. ead. pag. & seq. pro Oudalricus, Rourperts, de Boule, legendum de Buole. Ruotperts, sicut Heluetij etiamnum güet / rüet / müet.

EBERSPERG MONASTERIUM  
SANCTI BENEDICTI.

**E**BERSPERG castrum olim inter Oenum & Sennonas, nunc Sempra amnes situm in sylua, quam Ioannes Auentin, lib. 4. fol. 477. Carnodunensem olim appellatam dicit, nunc Eberspergensis vocatur à Sighardo, Comite de Sempra, aduersus Vngarorum irruptiones, admonentibus sacris viribus, Conrado de Hevva ex Hegouia, & Gebhardo Argentinensi sanctissimis ac facundissimis eius temporis viris, conditur. Ab apro quem ibi inuenit, Ebersperg nomen accepit, circa annum 900.

EBERHARDVS & Adalbero, Comites de Sempra, Nepotes Sighardi ex Ratholdo filio. post bellum Vngaricum, cui Anno Domini 955. interfuere, cum Sorore Wilpirga Templum diuo Sebastiano in arce sua Ebersperg construxerunt, An. Domini 970. Ipsi paucis post diebus mortui sunt, & hæc sunt principia huius Monasterij.

VLRICVS, filius Adalberonis, cum coniuge sua Richarda, sorore Marquardi, Carinthiæ Marchionis, Eberspergij Collegium pro Monachis Augustinianis instituerunt, ipsa obiit 1013. ipse 1019. ambo ibidem sepulti.

ADALBERO tertius, filius Vlrici, cum coniuge Richildi, sorore Welpho.



phonis tertij. Ducis Carinthiæ, cum liberis carerent, Eberspergarcem in ædem Diui Benedicti commutauerunt, tradideruntque Monachis inter alia Pessenhausen. Item in Austria Ponsenpoig, & Ibs, quæ cum Monasterio longius sita essent, longo post tempore, nempe anno 1180. Ducibus Austriæ, pro commodioribus ac propinquioribus prædiis data & commutata sunt.

FVNDATIONEM seu institutionem huius Monasterij, per Adalberonem tertium cum coniuge factam, Henricus tertius Imperator, & idem Dux Boiorum confirmauit, Anno 1040. cuius diplomatis tenor postea sequitur.

IDEM quoque Adalbero Comes Monasterium Beurn ad radices Alpium, in superiori Bauaria situm, ab Ungaris vastatum, cuius curator seu Aduocatus erat, refecit, ac eiectis Augustinianis, Benedictinis Monachis reddidit, ac duodecim Monachos Tegernseenses eo transfudit. Obiere isti coniuges fundatores eodem anno, nempe 1045. atque in his defect nobilissima hæc familia Comitum à Sempra & Ebersperg.

*Sequitur vidimus diplomatis Henrici tertij Imperatoris, nec non  
Heinrici sexti per Rudolphum Regem Roman.*

**R**VDOLPHVS Dei gratia Rom. Rex, semper Augustus, vniuersis Romani Imperij fidelibus gratiam suam & omne bonum. Nouerit præsens ætas & successura posteritas, quod nos priuilegium claræ recordationis Henrici tertij, Roman. Regis, Prædecessoris nostri nobis exhibitum vidimus & inspeximus sub hac forma,

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Henricus diuina fauente clementia Rex, qui suis prædiis, reb. & possessionibus, licet caducis, diuino cultu Sanctorumq; ob commemorationem ditauerit Ecclesias, in hac & in æterna vica sperat sibi præmia permansura. Quapropter omnes sanctæ Ecclesiæ fideles, tam præsentibus quam futuri noscant, nostrique Successores atque comperiant, qualiter quidam nobis Comes, nomine Adalbero, consentiente vxore sua Richliada, Christum hæreditatis suæ desiderans fieri possessorem, quoddam Monasterium Monachorum ad Regulam S. Benedicti, in honore verò S. Sebastiani Martyris, in loco, nomine Ebersperg, in Comitatu Steinheringa, de prædio, & de collaborato suo fundauit, & pro suo libitu, Deo aspirante, perfectum, sanctique Sebastiani Ministerio & nomini dedicatum, in nostram potestatem liberandi gratia transfudit, & suæ suorumque proprietati ac potestati deinceps in futurum eo tenore abalienauit, quatenus post acceptam nostræ immunitatis chartam, Idem ipse præfatus Adalbero, fraterque eius Eberhardus, si superuixerit ius Aduocati legitimum omnibus diebus vitæ suæ in eodem tantum Monasterio retineant. Post obitum verò illorum, idem Monasterium ex integro in potestate Abbatis & Monachorum ibidem, Deo sub regula S. Benedicti militantium reuertatur, quatenus Abbas eiusdem loci sub nostra, Successorumque nostrorum munificentia liberam habeat potestatem Aduocatum, quem sibi necessitas & utilitas dictauerit, subrogandi. Congregatio autem Monasterij per successiones temporali liberam habeat electionem, Abbates regulares, iuxta decretum sancti Benedicti, sine omni contradictione substituendi.

Iustis



Iustis igitur prædictorum Comitum petitionibus annuentes eo quo rogauerunt tenore, præfatum Monasterium, cum Monachis & omnibus ibidem in præfens collatis, vel in posterum conferendis, in nostram immunitatem recipimus, & hoc regali præcepti nostri libertate donatum & perpetuo confirmatum nostræ manus subscriptione roborauimus, & in æternæ memoriæ testimonium sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Signum Domini Henrici III. Regis inuictissimi, Theodoricus, Cancellarius vice Bardonis Archicapellani recognouit. Data Calend. Januarij, indictione octaua. Anno Domini cæ incarnationis 1040. An. autem Dñi Henrici ordinationis XII. Regni verò primo. Actum Ratisbonæ feliciter, Amen.

*ITEM VIDIMVS ET AUDIMVS PRIVILEGIUM*

*clara recordationis Henrici sexti Rom. Imperatoris, sub hac forma conscriptum. :*

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Henricus sextus, diuina fauente clementia Romanorum Imper. & semper Augustus. Si ad Ecclesias & loca venerabilia benignè dirigimus aciem mentis nostræ, ac eorum profectib. intendimus diligenter, nedum æternæ retributionis merita, sed laudis præconia consequimur temporalis. Hinc est quod bonam ac religiosam consuetudinem antiquorum Regum seu Imperatorum imitantes, honestis personis atque venerabilib. locis Majestatis nostræ defensionem ac præsidium impendere debem, quatenus & Imperij nostri sublimitas ex inde clarius eniteat, & diuina gratia largius nobis salutem & auxilij suffragium impendat. Nos equidem ex relatione illustrium virorum & ex priuilegijs Antecessorum nostrorum liquidò compertum habemus, quod Comes Adalbero, Nobili exortus pro sapia, quoddam Monasterium, Ebersperg nomine. in Comitatu Stainharing situm, magnis atq. copiosis expensis laudabiliter condidit, diuitiis & magna gloria sublimauit, & auctoritate ac priuilegijs plurimùm Antecessorum nostrorum regalis Abbatie titulo decorauit, vt in honore sancti Sebastiani Martyris diuinus ibidem cultus perpetualiter celebretur. Cuncta quoque ad præfatem Cœnobiũ pertinentia, vel quæ in futuro munificentia Regum & Imperatorum, largitione Pontificum, oblatione fidelium, adipisci poterit, tam quæ sitis quàm inquisitis, in partibus & in Alpibus, pascuis, syluis, aquis, aquarũ ue decursibus, venationibus, piscationibus, viis, & inuis, cum decimatione Abbatie & præfenti ac futura syluarũ extirpatione, sub Abbatis potestate, loci eiusdem, absque omni personarũ contradictione perenniter esse constituit. & vbicunq. eorum naues & carri vel somnarij aduenerint, absque telonei transeant exactione, &c. Nos igitur inuicta diuinæ gratiæ prædictorum Antecessorum nostrorum vestigia sequentes, cuncta quæ illi statuerunt, & nos eadem Imperiali auctoritate approbamus, Ecclesias quoque & Basilicas in dotibus suis erectas, cum fundis & prædijs ad eas pertinentibus & plebe, dicto Monasterio confirmamus; etiam quæcunq. generantur in humo, vel quæ latent sub terra, siue sint venæ salis, vel ferri, argenti vel auri, vel cuiuslibet metalli. Nouerit ergo vniuersitas fidelium, quod iam prædictum locum sic in nostram & in omnium successorum nostrorum Regum & Imperatorum protectionem recepimus. vt sit regalis Abbatia in perpetuum, omnimoda libertate sublimata, & ab omni subiectionis obligatione libera, vt nullus Archiepiscoporum, Episcoporum, Ducum, Marchionum, Comitum vel aliquorum omnino persona præsumat hanc molestare, vel à iuris sui statu di-

minuere



minuere. Compertum etiam habens decorem & reuerentiam eiusdem Monasterij, ex Aduocatorum importunitate & praua consuetudine, valde immutatam esse, & antiquam pulchritudinem Antecessorum nostrorum diligentia decenter exornatam in eadem domo penè delectam audiuius, quæcunque in dicta domo vitiosa consuetudo aut iniqua exactio Aduocatorum violentia, vel cæterorum omnium negligentia emeruisse videtur, iudicio ac sententia Principum penitus reprobauimus. Statuimus quoque, vt Abbas absque omni respectu Aduocati Officiales, villicos, mansionarios, in locis necessariis, prouideat & disponat; famuli etiam eiusdem domus qualitercunque excesserint, & ex culpa pœnam meruerint, pœna talis, dimidiam libram denariorum non excedat, nisi furtum vel homicidium commissâ fuerint, aut violenta oppressio mulierum; Ministerialibus exceptis, qui pro pœna sex solidos exhibebunt. Ad hæc mandato præcipimus, vt nullus de cætero Aduocatus Ministerialibus eiusdem Monasterij violentiam audeat inferre, vel iniuriam: Quod si attemptare præsumpserit nostram Maiestatem, is, qui laesus est, appellare non differat. Si quis Ministerialium extra sui Monasterij Collegium matrimonium contraxerit, omne patrimonium cum Fœdo ab eadem Ecclesia conquisito, liberè & sine omni contradictione Monasterio cedat, nullo malo ad alienandû præueniente ingenio. Nullus etiam Aduocatus ibi hæreditario iure existat, sed Abbas communicato fratrum Collegij consilio, iustum & idoneum defensorem, licenter eligant, qui postquam de iure & rebus Ecclesiæ conseruandis per Sacramentum certitudinem fecerit, Bannum à Rege vel Imperatore suscipiat. Quod si postmodum Sacramenti oblitus fuerit, & iura Ecclesiæ violauerit, & tam ipsos Monachos, quam eorum homines & possessiones, hospitalibus & indebitis placitis & exactionibus vexauerit, Abbas, Regia suffultus auctoritate, habeat plenam potestatem subrogandi sibi meliorem & vtiliorem. Item decernimus, sicut ex approbatione priuilegiorum Antecessorum nostrorum cognouimus, & auctoritate propria confirmamus, vt huiusmodi Aduocati zelo diuino ducti potius, quam commodo temporali, de commissis sibi Ecclesiis defendendis iure Aduocatiæ nihil amplius exigant, quam vnum modium auenæ vsualis mensuræ Monasterij & vnum agnum. Item decernimus, quod Ministeriales Ecclesiæ fidelitate & homagio debito Abbati sint astricti. Præterea si Prælati Ecclesiæ aliqua necessitate cogente, damnum sibi vel rebus suis illatum, saluo ordine suo recuperare non valuerint, ipsos Aduocatos in competentem locum aduocent, vbi causas quærimoniæ diligenter discutiant, nihilque ibi ab eis vel eorum colonis, quasi sub iustitia exigant, sed cum charitate, quod eis impensum fuerit recipiant. Sanè fratribus eiusdem Monasterij præsentibus atque futuris liberam facultatem eligendi Abbatem concedimus, & electus inuestituram à Rege vel Imperatore per sceptrum accipiat. Insuper quæcunque bona ad idem Monasterium pertinere dignoscantur, siue temporibus futuris iustis & rationabilibus modis peruenire poterint, salua & illibata eidem perpetuo iure permanere decernimus. Et ne quisquam hominum vniuersa hæc nefario ausu præsumat inuadere, occupare, minuere, vel quolibet modo alienare, cuncta sub nostræ Majestatis tuitione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus.

Si quis autem contra hanc nostræ Majestatis paginam temere venire præsumpserit, centum libras purissimi argenti fisco nostro persoluat, & totidem supradicto Monasterio componat. Vt autem hæc nostræ potestatis auctoritas firma futuris temporibus & inconuulsa permaneat, præsentis scripti & sigilli nostri attestatione confirmamus. Huius reitestes sunt, Henricus Würtzburgensis

Metrop. Salsb. Tom II.

A a

gensis



genfis Epifcopus, Otto Frifingenfis Epifcopus, Conradus Abbas de Salued, Erol-  
 dus Abbas de Weiffenburg, B. Dux Meraniæ, Comes Al. de Pogen, Com. Fr. de  
 Abinberch, B. Burggravius de Hennêberg, B. de Vfldorff, Kuno de Meffenberg,  
 Seifrid Marfchalcus de Hagen, & alij quam plures. Signum Domini Henrici sex-  
 ti, Romanorum Imperatoris inuictiffimi.

ACTA sunt hæc Anno incarnationis Dominicæ, millefimo, feptuagesimo  
 tertio, Indictione fexta, regnante Domino Henrico fexto, Rom. Imperatore  
 gloriofiffimo, anno regni eius XXIII. Imperij verò tertio.

DATVM apud Wirzburg, 15. Kalend. Iunij. Præfente itaque & petente vene-  
 rabili Henrico, Monasterij prædicti Abbate, Principe nostro dilecto, vt fupra di-  
 cta priuilegia innouare & confirmare de folita benignitate regia dignaremur,  
 nos eius deuotis fupplicationibus inclinati, prædicta priuilegia & fingula, quæ  
 continentur in eis, innouamus, & fcripti præfentis patrocini confirmamus.  
 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noftræ innouationis & confirmatio-  
 nis paginam infringere, aut ei in aliquo aufu temerario contraire. Quod fi face-  
 re præfumpferit, grauè noftræ Majestatis offenfam fe nouerit incurriffè. Teftes  
 huius rei funt, Hartmannus Auguftenfis Epifcopus, H. Tridentinus Epifcopus,  
 Hilprandus Eystetenfis Epifcopus, Ortolphus Abbas Burenfis, Henricus Præpo-  
 fitus de Wertfée, Alb. Præpofitus Illmünftrenfis, Henricus Præpofitus Ottin-  
 genfis, Ludouicus Comes Palatini Rheni, Dux Bauariæ, Philippus Dux Carin-  
 thiæ, Meinhardus Comes Tyrolenfis, Fr. Burggravius de Nürnberg, Gebhardus  
 Comes de Hirschberg, Henricus Comes de Furftenberg, Al. Comes de Hohen-  
 berg, Ludouicus Comes de Otingen, Hugo Comes de Werdenberg, Theobal-  
 dus Comes de Phirreto, Henricus Comes de Vriburch, & quam plures alij. Si-  
 gnum Domini Rudolphi, Romanorum Regis inuictiffimi.

DATVM apud Auguftam, 15. Calendas Iulij, Indictione tertia, Anno Domini  
 1275. regni verò noltri fecundo.

Sepulti funt in hoc Monasterio Nibiles de Pienzenau, in Capella S. Stephani,  
 ad dexteram Chori, Otto illius familiæ, Vicedominus Ducum in fuperiori Ba-  
 uaria, Inftituit ibi anniuersarium, cum quotidiana Miffa, deditque Monasterio  
 800. ducatos, quibus Abbas redemit Hofmarchiam Kundl in Comitatu Tyrolæ-  
 fi. Item vineas aliquot in Austria oppignoratas iuxta litteras illius foundationis  
 de Anno 1397.

### ADDITIONES.

- a. **E**RRAT hic Auentinus, ex quo haufit Dn. Hundius. Teftibus namque Chro-  
 nographis noftris, Templum D. *Sebastiani Eberfperga* non post bellum Hun-  
 garicum an. l. v. fupra dcccc. habitum, fed ante illud; non an. lxx. fed xxviii. nõ  
 ab his tribus *Eberhardo* Scil: *Adalberone*, & fofore eorum *Wilpirga*, fed à fofolo *Puer-*  
*hardo* extructum fuit tempore Henrici I. Reg. Rom. & Arnolphi II. Boiorum  
 Ducis. Hi porrho tres fimul; non templum, fed Monasterium, non anno lxx.  
 fed à xxviii. vfque ad xxxiv. fpatio fexennij videlicet conftruxere. Anno autem  
 lxx. vel potius lxxiv. præfatum templum confecratum primum fuit, non ædi-  
 ficatum; idque procuratione & fumptibus, non trium præfatorum, fed Comi-  
 tis *Vadalrici* vnus ipforum filij, puta *Adalberonis*.
- b. Adalbero cum fofore fua *Wilpirga*, & coniuge *Richildi* circa annum lxxx.  
*Euerhardus* verò decennio ante h. e. lxx. circiter obiit. Et hoc quo-  
 que veritate caret, Comitem *Vadalricum* cum *Richarde* Coniuge Augu-  
 ftinia



stinianis flaminibus anno xc. Collegium instituisse. In primis enim Monasteriū Augustinianis hic erectum fuit, non anno xc. sed à xxviii. vsque ad xxxiv. neque ab *Vdalrico*, sed tribus supradictis liberis *Ratholdi*. Anno autem Xc. *Vdalricus* tantum abest, vt Monachis præfatis Monasterium extruxerit, vt etiam heis, pacifice licet, ab extructo pro ipsis ante lvi. annos Cœnobio, dimissis, ordinem *S. Benedicti* huc ipsorum loco introduxerit.

*Vdalricus* Comes fatis concessit, non, sicut Auentinus scribit anno 1019 sed

*Lib. 4. Annual. Boscar. fol. 53. o.*

1029.

*Adalberonem* tertium filium *Vdalrici* cum *Richlinde* vxore *Ebersperg* in ædem *D. Benedicti* mutasse, falsum itidem est. *Vdalricus* enim parens, & ordinem, & monasterium Augustinianorum mutauit in ordinem & claustrum *Benedictinorum* idque anno prædicto d. cccc. xc. *Adalbero* autem & *Richlindis* coniugis ann. m. xxvii. castrum cum Cœnobio, peruerusta in nouum & amplius Monasterium eorundem *D. Benedicti* consecratorum innouarunt.

C.

*Auent. fol.*

131.

*Richlindis* seu *Richlita*, vxor *Adalberonis* III. filia fuit, *Rudolphi Suenorum Ducis*, & Soror *Welfonis* II. Et ipse quoque Auentinus, sibi non probe constans, asseruit alibi *Richlindis* nostræ nepotem fuisse *Welfonem* III. ex fratre *Welfone* II. sed hæc obiter adnotasse sufficiat.

d.

*Vid. Annual.*

*Boi. fol.*

129.

### Catalogus Prælatorum Monasterij *Eberspergen*. à prima fundatione, vsque ad nostram hanc ætatem.

Sicut diuersis ordinibus Religiosis tributum fuit hoc Monasterium, prout res temporaque postulabant, ita diuersis deinceps huius loci Rectores enumerabimus. vt successio legitima constare cuilibet possit.

Nec vero quisquam mirari habet, nonnunquam huius vel illius ordinis in hoc, isto, aliove loco institutum, pro consilio & beneplacito summi Pont. Christi in terris Vicarij, & militantis Ecclesiæ capitis ac directoris ac pro rerum quoque & temporum exigentia, mutari, abrogari, aut in melius transformari. Hoc enim ipsū est, quod Saluator noster, B. Petro in mandatis dedit. *Pasce oues meas*, qua commissione, vt omnes fideles Ecclesiæ Catholicæ filij oues firmiter credunt, & cum suarum animarum salute experiuntur: omnes B. Petri successores sedem Apostolicam legitimè conscendentes, & hodie experiuntur; & vsque ad seculi consumationem non erunt expertes. Fidelis enim Domini nostri & Saluatoris Iesu Christi sermo est, quem ad Regni sui cælestis possessionem iam iam indepturus Apostolis suis, omnibusque fidelibus dixit: *Ecce ego vobiscū sum, vsque ad consummationem seculi.*

Verum vt hoc quod de mutandis in locis religiosis, pro re nata ordinibus, aliisque substituendis, diximus, exemplis quoque præcedentium temporum firmemus, non molestum erit, spero, lectori, breuem hunc, quem subiungimus Catalogum, melioris informationis, & veritatis adstruendæ gratia vno quasi obtutu perlustrare.

*Alta* seu *Altaich* inferius olim *Benedictinorum* postea *Canonicorum*, nunc iterum *Benedictinorum*.

*Alde* seu *Alde* olim *Clericorum secularium*, nunc *Cisterciensium*.

*Altho*, *Benedictinorum* olim, nunc ordinis *Saluatoris* seu *S. Brigittæ*.

*Andecense* seu *Montis Sancti*, sæcularium olim *Canonicorum*, nunc *Benedictinorum*.

*Beyherdinga*, virginum olim *Deo dicatarum*, nunc *Canonicorum Regularium*.

*Beurensee* Monasterium, olim *Augustinianorum*, nunc *Benedictinorum*.

*Metrop. Salsb. Tom. II.*

A a 2

*Buxhaim*



*Buxhaim*, olim *Canonicorum regularium* nunc *Carthusianorum*.  
*Comburg*, olim *Benedictinorum*, nunc *Canonicorum secularium*.  
*Chymsee*, olim *Benedictinorum* nunc *Canonicorum Regularium*.  
*Eberspergenſe*, olim *Canonicorum Regularium* poſtea *Benedictinorum*, nunc *Societatis Ieſu*.

*Elvanga* olim *Benedictinorum* nunc *Canonicorum ſecularium*.  
*Ratiſbona* habent locum *Auguſtiniani*, quem ante tenebant duo *Sacerdotes ſeculares*.

*Metteneſe* Monasterium, olim *Benedictinorum*, poſtea *Canonicorum ſecularium*, nunc ruruſum *Benedictinorum*.

*Mospurgum* olim erat Monasterium, nunc ſecularium *Sacerdotum*.

*Oetinga* vetuſt olim *Benedictinorum* nunc *Canonicorum ſecularium*.

*Oſterhouium* ex collegio *Canonicorum Regularium*, nunc *Pramonſtratenſium*.

*Paringenſe* Monasterium olim *Canonicorum Regularium*, nunc *Benedictinorum*.

Monasterium *S. Petri* in *Madrona* monte, olim erat *Benedictinorum*: poſtea in *Præpoſituram* abiit, quam *Princeps* plerumq; alicui ex *aulicis Sacerdotibꝰ* confert.

*Pfaffenmünſterienſe* Monasterium olim *Benedictinorum* nunc *Canonicorum ſecularium*.

*Pollinga*, prima inſtitutione *Sacrarum virginum* erat domicilium, nunc *Canonicorum Regularium*.

*Schlehdorffium* Monasterium olim *monialium*, nunc *Canonicorum Regularium*.

*Prüelium*, olim *Benedictinorum* fuit, nunc eſt *Carthusianorum*.

*Saluatoris* monasterium aliorum olim erat, nunc *Pramonſtratenſium*.

*Schefflarieſe* Cœnobium, olim *Benedictinorum* nunc *Pramonſtratenſium*.

*Weltenburgum* à *Benedictinis* ad *Canonicos Regulares* tranſiit, & ab his ruruſum ad *Benedictinos* venit.

*Weſſenbrunnium*, olim *Canonicorum Regularium* nunc *Benedictinorum*.

*Biburgum*, olim *Canonicorum Regularium*, dein *Benedictinorum*, poſtea *Duci Bavarie* traditum à *ſum. Pont. viciuſ* reditus in *pios vſuſ* conuerteret, denique ad tributum fuit *Societati Ieſu*.

Idem accidit cum Monasterio *Mnuchsmünſtrenſi* quod olim *Benedictinorum* nunc eſt *Societ. Ieſu*.

*Schambauptenſe* Cœnobium, olim pro *Canonicis Regularibus S. Auguſtini* conſtructum, ſum *Pont. Academia Ingolſtadienſi*, à tempore exortæ in *Germania Lutheranae* hæreſis, ob inſeſſam auitæ *Religionis Catholicae* propugnationem, plene iure adtribuit.

*Wiltinenſe* Monasterium, olim *Benedictinorum*, nunc *Pramonſtratenſium*.

*Album caſtrum* ſeu *Weiſſenburg* Abbatia *Benedictinorum* ante 50. annos facta eſt præpoſitura *Canonicorum ſecularium* ac paulo poſt incorporata eſt *Episcopatu Spirenſi*.

*Augia* diueſ vulgo *die Reichenaw*, Abbatia *Benedictina*, ante an. *LX.* incorporata eſt *Episcopatu Conſtantienuſi*.

*Ochſenbauſen* Præpoſitura olim & membrum Monasterij *S. Blaſij* ordinis ſancti *Benedicti*, auctoritate *Martini V.* ante annos *CLXXX.* factum eſt proprium Monasterium ordinis ſancti *Benedicti* nihilominò pendens à Monasterio ſancti *Blaſij*.

Monasterium *S. Lucij* prope *Curiam*, olim ordinis *S. Benedicti*, datum deinde eſt ordini *Pramonſtratenſium*.



*Oeninga* propè *Constantiam* Monasterium *Canonicorum Regularium*, ante annos *LX.* incorporatum est Episcopatu *Constantiensi*.

*Bambergæ* Monasterium *S. Stephani* *Canonicorum Regularium* conuersum est in Præposituram *Canonicorum secularium*.

Monasterium *Vinearum*, vulgò *Weingarten*, fuit olim monialium, quibus translatis in *Bauariam*, positi sunt ibi *Benedictini*.

Cella *Pantaleonis* vulgò *Hofen* ad lacum *Podamicum* fuit olim Monasterium monialium: deinde verò Præpositura, ac membrum Monasterij *Weingartensis*,

*Weihenstefan*, olim *Canonicorum Regularium*, nunc *Benedictinorum*.

*Laureacense* primò *Benedictinorum*, dein *Augustinianorum*.

*Lucernense* prius *Benedict.* nunc *Canonicorum secularium*.

*Gerundense* in *Valesia*, olim *Carthusianorum* nunc *Carmelitarum*.

Sufficiant hæc isto loco: nemo verò rem intelligens dubitabit, non posse, aut non debere tale quid fieri, à summo pastore & rectore orbis Christiani, sedisque Apostolicæ pro tempore moderatore.

Nunc ad Rectores Monasterij *Ebersperg* transeamus.

Præfuerunt huic loco à prima constructione, Sacerdotes sæculares à *Sighardo* Comite aliunde euocati, per triginta duos minimum annos; ab anno videlicet *D. CCC. LXXIX.* ad *D. CCCX.* qui tunc à *Ratboldo* Comite *Sighardi* defuncti filio, cum pace dimissi abcesserunt, introductis in locum illorum *D. Augustini* *Canonicis regularibus*, quorum Præpositi ordine sequuntur.

*HVNEFRIDVS*, bis datus iisdem Monachis in Præfectum, anno videlicet *MXI.* à *Ratboldo* & *XXXIV.* ab *Euerhardo* Comite *Ratboldi* filio. Vir in Deum ac viuos pietate simul ac morum honestate nec non vitæ integritate præstantissimus. fuisse autem magis quam præesse exoptans suâ se sponte Præpositura abdicauit. an. *940.* ac quinque & triginta adhuc años priuatus superuixit ob. *iv. Kal. April.* An. *D. cccc. LXXV.*

*DIETERICVS* seu *DIETGERVS*, vir pius æque ac prob. mortalis inter mortales esse desuit *xv. Cal. Octob.* postquam annos *xxi.* cum laude suis præfuisset.

*MEGINPOLDVS*, Anno *LXXIX.* & vita & munere, quo *xviii.* annis probe functus fuerat, defunctus *xii. Cal. Iunii*

*GVNTHERSVS*, vir græcis & latinis litteris bene doctus, rerum insuper cœlestium contemplator additissimus; nec non pacis & quietis animi amantissimus. Abiit cum Collegis suis bona Comitum *Vadrici* venia, in eremum migravit. Anno Christi *DCCCXc.* ibique superstes fuit annis fere *xl.* Successerunt *Augustiniani* viri præstantissimi, Deo ad normam *D. Benedicti* industriam & amorem suum comprobantes, quorum præfectus siue Abbas fuit primus.

*REGINPOLDVS* *Augusti* & *Vindelicorum* euocatus, qui postquam annis *xi.* summa cum laude præfuisset, aliorum fuit auocatus.

*ALTMANNVS* à *Reginoldo* in Monastica disciplina educatus, in vniuersum *xl.* annos præful fuit: nomine quidem *xxiii.* ac re quoque ipsa *xxi.* His temporibus (h. e. anno *xxvii.*) *Adalbero* Comes ditius castro suo & Monasterio antiquo *Augustinianorum*, nouum construxit pro *Benedictinis*. misere periit lapsu corporis, postquam *lv.* annos Deo ac *D. Sebastiano* sub regula *D. Benedicti* fideliter inseruisset: monachumque priuatum decennio, præfulem nomine tenus *xxiii.* ac consecratum & confirmatum *xxi.* annis egisset summa cum laude. exhalauit autem spiritum *xvi. Cal. Iulij.*

*GERWICVS* vir tanto honore dignissim⁹ cōtra quē: *Eticho* Comitum *Adalberonis*

*Metrop. Salisb. Tom. II.*

A a 3

dam



- dam electus fuisset; hic tamen non nisi sesquiannum suo munere functus, vita excessit VII. Idus May, Anno M. XLVII. Sublato *Etichone*, ad tollendū schisma fratres vel ipsi perse, vel certe, vt credibile est, *Henrici III. Regis*, suas partes interponentis, virum omni veneratione dignum Dn. ECKBERTVM de *Herinsfeld* tunc Abbatem *Tegernseensem* euocatum in Præsulem suum susceperunt, vix autem semestri anni spatio elapso Monasterio *Fuldensi* præficitur.
- IV. WILLIRAMVS presbyter & professor Monasterij Anno MCLVIII. vñanimitate fratrum consensu, Abbas præficitur, vir religiosissimus, & pater familias optimus. Obiit Non. May An. M. LXXXV. postquā annos XXXVII. & quid amplius, summa cum laude præfuit.
- V. RVOTPERDVS I. Professor loci huius eodem anno eligitur, in ipsis statim, suæ administrationis iniciis variis tentatus malis & bellorum turbinibus, auri instar in igne tribulationis comprobatus fuit. Post multos tandem magnosque exantlatos labores plenus dierum, vitam hanc caducam cum beata illa commutauit. An. M. C. XV. Vir mitis, pius, prudens, & ærumnarum patientissimus.
- VI. ADALBERO, seu ALBERO, monachus, presbyter & magnæ expectationis immatura præceptus morte sub initium anni XVII. sub finem vero mensis Aprilis.
- VII. HARWICVS hic loci religionem professus, nescio quo astu aut dolo Abbas efficitur homo vastus & arrogans, laudis atque honoris percupidus: suo tamen, potius, quam aliorum malo. Vix etenim per semestre anni spatium abbas nomen vsurpans, ceu munere tanto indignissimus, ab officio denique amotus, omnique honore exutus, priuatā ducere vitam compulsus haud absque magno suo dedecore fuit.
- VIII. HENRICVS I. in depositi *Hardvici* locū suis à fratribus substituitur; vir pius æque, mitis, humilis ac castus: solo *Hardvico* refragante, sed frustra, ad preces. D. *Henrici* Abbatis Apostolicus per Germaniam legatus, Dn. *Gerardus* S. R. E. Cardinalis, re cognita *Hardvici* cum dedecore amouit. Et sic *Henricus* I. anno XVII. in suæ abbatiæ possessionem peruenit. Præfuit annis XXVIII. & quid amplius, obiit An. MCXVI.
- IX. GELBOFF seu GEWOLFF, brevi tempore multa consumens, anno statim sequenti inter viuos esse desuit, cum, vix medium annum & parum, quid ultra, suis præfuit.
- X. HERMANNVS vir bonus & iustus, bonorum Monasterij conservator & auctor, maleque perditorum recuperator sedulus, qui cum annos XI. & sex menses circiter sagacis munere Præsulis functus esset, ple in Christo obiit.
- XI. HENRICVS II. Anno LVIII. legitime eligitur: sed ad maiora natus, post dimidium annum suæ vocationis auocatus in *Franconiam*, in Monasterio *Ebracensi* Abbas efficitur.
- XII. RVPERTVS *Rotter Edensis* huius nominis alter in *Henrici* abeuntis locum à fratrib. sublectus fuit: mortalis esse desuit VII. Cal. Octob. an. LXXX. postquā tredecim annos. & menses aliquot. ultra abbatem sedulum egisset.
- XIII. YSENGRINVS hic loci religionem professus vñanimitate fratrum sententia in Abbatem eligitur An. LXXII. duodecim annos, vt vero simile est, prælaturam gessit, & mortem oppetiit anno LXXXI. I. mense Martio circiter, seu Aprilis.
- XIV. CONRADVS in Monasterio serè enutritus & religionem Professor Ysengrino à suis collegis solita cum celebritate sufficitur, annis quidē adhuc iuuenis ac ingenio atque iudicio, nec non morum integritate præmaturus, Scribunt hunc casu fortuito è turri delapsū interiisse an. LXXXIV. in octaua assumptionis D. virginis.



ginis, h. est, XI. Kal. Sept. Anno M. C. LXXXIV. subsecundas Vesperas, postquam Abbatis munere functus esset annum vnum, decemque hebdomadas.

**BVRCHARDVS** *Conradi* frater germanus subrogatur, non tam religione, quam sanguine quoque. abdicauit Prælaturam sponte post expletos annos XVII Anno recuperatæ salutis M. C. C. I. præsul dignissimus & vigilantissimus.

**WIRNDO** eiusdem Cœnobij sacerdos & incola religiosus anno sequenti sublegitur. Vir fortis animo atque imperterritus: decimo quarto suæ administrationis anno, qui fuit Christi nati M. C. C. XVI. mense Dec. in viuis esse desit.

**VDALRICVS I.** Wirndoni sufficiens *Ratisponæ* è monasterio Diui *Emmerami* euocatur; ob schisma forte inter fratres ortum; vel ob inopiam idonei alicuius, temporib. præsertim periculis & magnis difficultatib. plenis. Edificare cepit anno vitæ suæ vltimo vtramque, turrim ex quadratis viuis lapidibus, sed morte præuentus vix alteram absoluit, eamque duabus contignationibus humiliorem atque; nunc est. Excessit è viuis die III. Id. Ian. An. M. CC. XXXI.

**CONRADVS** Treuling, seu *Cresling*. huius nominis II. subsequitur; qui licet XVII. integros annos præfuerit, non plura tamen quam duo bona huic Cœnobio & D. *Sebastiano* præstitisse legitur, diem obiit pridie Id. Octob. An. M. CC. XLVII.

**HENRICVS III.** cognomine *Stöckel*, Præsul industrius, An. Christi LX. administrationis suæ XII. prid. Id. Aug. ad meliorem vitam emigravit.

**VDALRICVS** successor *Henrici* III. vir spectabilis, in monasterio *Eberspergen* religionem professus, mortis suæ breui futuræ quasi præsciens, pro anniuersaria sui commemoratione D. *Sebastiano* tribuit curiam vnam in *Grund* sitam. Fatis concessit, cum nondum integras XX. hebdomadas in obcundo Præfulis munere compleisset; sub initium anni L. XI. Id. Ian.

**HENRICVS IV.** Vir pius ac industrius, præfuit annos XV. tantum non electus enim fuerat anno LXI. diè obiit Prid. Id. Maij; quam ob rem excommunicat, & ab officio suspensus, quin imo ab ipso Præfulatus munere amotus fuerit, nō liquet. nec defunt, qui sua ipsū sponte fratribus Abbatia resignasse adserunt.

**CONRADVS** nominis huius III. Monasterij *Rotensis* Abbas tum temporis vigilantissimus, & maximæ apud omnes expectationis euocatur; sed circa initium Iunij in regimine constitutus, mense Nouembri homo esse desit.

**EBERHARDVS I.** *Conradum* excipit, pius vir, & prudens. Hic à *Rudolpho* I. Rom. Rege impetrauit Privilegium, Regalia, & electionis confirmationem. Monasterio benè præfuit; & An. LXXXIV. spatio semestri vltra septennium, sui Præfulatus mortem obiit, X. Kal. Martij.

**PETRVS** *Küenberg*, *Eberspergæ* religionem professus, eodem anno ad Præfulis dignitatem euocatur. pacis & tranquillitatis animi, veræque in Deum pietatis studiosissimus, strictissimum illud iustumque Dei iudicium, de tam periculosa villicationis suæ reddenda ratione pertimescens, præter omnium spem & opinionem, Prælaturam suam, eo quo ante biennium & sex menses acceperat modo fratribus suis resignauit; Anno nimirum LXXXVI. superstes etiam, quamuis priuatus, Monasterij bonorum amplificator fidelis. Ipse vero valetudinarius, aeris forsan mutandi, vel certè sacris operandi causâ, ad pagum *Seon* aliquando exiens, ibi morte obrutus, piè interiit.

**VDALRICVS** *Moser* olim *Eberspergæ* professus & Cancellarius postmodum verò Abbas *Wessbrunnensis*, qui defuncto Petro succederet à fratribus euocatur An. LXXXVII. Mense Aprilis circiter. Dum res Monasterij benè curat, breui morbo expeditus. postquam laudabiliter præfuisset annos XI. Ob. V. Kal. Octobr. An. MCXCVIII.



- XXVII.** OTTO *Sigersdorfer*, defuncto *Vdalrico*, post trium mensium septemque dierum interregnum, An. nimirum **XCVIII.** Non. Ianuarij, die *D. Erhardo* sacro, vnanimi totius Cœnobij consensu ac voluntate, singulari Dei instinctu, maximaque proborum omnium congratulatione in Abbatem *Eberspergensis* eligitur; vir perquam eruditus ac prudens; industrius æquè ac vigilans: disciplinæ religiose amantissimus; nec non veræ in Deum \* pietatis studiosissimus: quicquam fortis & magnanimus fuit, ut rebus nec frangi sinistris, neque secundis extolli, nec difficultatibus ullis vinci potuerit. Huius administrationis anno **VI.** Christi **M. CCC. V.** post vespervas *S. Floriani* martyris, **IV.** Non. Maij, à menturum capto & vesano religionem professore fratre presbytero *Conrado* templum & Monasterium succensa vnius noctis spatio cum omnibus ædificiis & officinis, ornamentis quoque Ecclesiæ, in cineres redacta fuerunt. Quod damnum ingens *Ottonis* Abbatis industria, & dexteritas restauravit. Templum procurante Abbate *Ottone Albertus*, Episcopus *Chyemensis*, Anno **VIII.** vltra **M. CCC.** Archiepiscopi *Salisburgens.* *Conradi* suffraganeus: die **IV.** Id. Iulij. *D. Margarethe* virginis & martyri sacro. Tandem Prælatus, ceu alter fundator optime meritis vitam vniuersæ carnis ingreditur, expletis sui regiminis annis **XLIV.** mensibus **V.** diebus **X.** Anno reparata salutis **M. CCC. XLIII.** **XV.** Calend. Iunij.
- XXVIII.** WERNHARDVS, seu ut alij, MENHARDVS presbyter ac professor Monasterij. Ob. die **XIV.** Calend. Ianuar. An. **LIX.** postquam Abbatia annos **XI.** menses **VI.** circiter præfuisset.
- XXIX.** STEPHANVS *Obfer*, siue *Ebfer*, successit, per probus quidem vir, sed ob hoc ipsum paterfamilias haud æquè bonus: præfuit aënos **XXXI.** Ob. An. **LXXXV.** **V.** Calend. Iulij. Sepultus in sacello *D. V. Mariæ*, retro sub fornice; cuius Epitaphium saxo insculptum & inclusum parieti cernitur propè januam.
- XXX.** PHILIPPVS *Höhenberger* pius simul atque doctus Vir successor *Stephani* declaratur mense Iulio, eiusdem anni **M. CCC. LXXXV.** bene præfuit annos **XXVII.** & mensem alterum, Ob. Ann. **M. cccc. xi. i. v.** Idus Octobr. sepultus in sacello *D. Virginis*.
- XXXI.** SIMON *Granarius*, siue *Castner* dictus huius Cœnobij religiosus eligitur, eodem anno & mense, decessit an. **MCDXLII.** **III.** Cal. Martij, postquam Præsulem huius loci egisset annis **XXIX.** & mensib. **IV.** sepultus in Capella, propè aram *D. Mauritij*.
- XXXII.** FR. EBERHARDVS suffectus, Ob. **IV.** administrationis suæ anno, in *Austria*, quo se ob nescio quæ expedienda contulerat; **XIV.** Calend. Maij An. **MCDXLVI.**
- XXXIII.** ECKHARDVS annis æque ac prudentia maturus, pietate insuper & morum integritate vir insignis, eodem adhuc anno **XLVI.** mense Maio circiter eligitur. Resignauit senex jam & optime promeritus anno **LXXII.** cum præfuisset summa cum laude pietatis & industriæ annos fere, **XXVI.** Ob. **XI. i.** Cal. Nouembr. Anno **LXXIV.** sepultus ante aram *B. Virginis*, in sacello à se reparato.
- XXXIV.** SEBASTIANVS *Häfele* ingenio, prudentia & pietate, rerumque ferè omnium experientia insignis, eligitur Non. Iulij An. **MCDLXXI.** abbatis munere immortalis cum laude sanctus aënis **XXVII.** & mensib. octo, eo se abdicauit mense Martio; superuixit annis adhuc quatuor, & duob. mens. ferè. Ob. diem suum **IV.** Cal. Iunij, An. **MDIV.** in mediis quasi bellorum totius Boiariæ tumultibus, feria Pentecostes altera: sepultus proximè ante Baptisterium, in naui templi media.
- XXXV.** LEONHARDVS I. eligitur An. **M. D.** sed. an. **IX.**
- XXXVI.** VITVS cl. An. **M. D. IX.** gubernauit an. **III.**
- XXXVII.** LEONHARDVS II. cl. **M. D. XII.** sed. an. **XXXIII.**



WOLFGANGVS. cl. an. 1540. administravit An. tres cum dimidio.  
 IOANNES. cl. An. M. D. L. sed. an. II.  
 IACOBVS assumtus An. M. D. L. I. sed. an. XVII.  
 IOACHIMVS. euehitur An. M. D. L. XVIII. rexit an. XII.  
 SIGISMUNDVS elect. An. M. D. XXX. sed. an. IV.  
 IOANNES II. clig. Ab. M. D. LXXXV. rex. an. IV.

XXXVIII.  
 XXXIX.  
 XL.  
 XLI.  
 XLII.  
 XLIII.

## Administratores Monachi.

IOAN. WEINHART. M. D. XC. an. 2.  
 BERNHARDVS Hiltz. M. D. XCII. an. 1.  
 CYRIACVS Empel. M. D. XCIII. an. 3.

Incidit circa hæc tempora tertia circa hoc Monasterium mutatio; à Benedi-  
 ctinis enim Monachis ad Patres Societ. IESV fuit deuolutum per Sum. Pont.  
 Clementem VIII. sicut ex Diplomate suæ sanctis. subnotato apparet.

CLEMENS Episcopus Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.  
 Cælestis patris providentia ad summum Apostolatus apicem euecti, tam-  
 quam de excelso monte ad ima agri irrigui Militantis Ecclesiæ nostrum dirigen-  
 tes intuitum, considerantesque laboriosam atque indefessam operam, quam  
 veneranda Societas IESV in seminanda sapientia salutariter inter cæteros ipsius  
 agriculores ubique præstat, dignum quin potius debitum reputamus, ut illius  
 Collegia & loca congrua sustentationis adminiculis etiam per suppressionem  
 regularium locorum minus utilium confoueamus, ac alias desuper dispona-  
 mus, prout Nobilium virorum vota expetunt, & temporum condicio persua-  
 det, nosque conspiciamus salubriter in Domino expedire. Sanè pro parte dilecti  
 filij Nobilis viri Ducis Bavarie nobis nuper exhibita petitio continebat, quod  
 eum in Monasterio Ebersperg nuncupato, propè & extra muros oppidi Monachij  
 Ordinis Sancti Benedicti Frisingensis Diocesis, quinque Monachi vel circa super-  
 sint, ipsique vitam licentiosam, & regularibus institutis dicti ordinis parum con-  
 formem ducant, & vix aliquod futuræ emendationis specimen præ se ferant  
 atque ita scandali potius, quam ædificationis occasionem præbeant, & si in di-  
 cto Monasterio ordo ipse ac omnis status regularis perpetuo supprimeretur, il-  
 liusque fructus, redditus & proventus Collegio Societatis IESV in dicto oppido,  
 quod celebre in primis & frequens, ac erudiendæ iuuentutis, aliisque piis dictæ  
 societatis exercitiis, etiam propter vicinarum ciuitatum opportunitatem, quæ  
 in eis vberes quotidie in vinea Domini fructus produci possunt commodum  
 existit, instituto applicarentur. Vnio verò aliàs dicto Collegio de Mellersdorf e-  
 jusdem Sancti Benedicti, ac de Schambaupten Sancti Augustini Canonicorum Re-  
 gularium Ordinum Ratisbonensis Diocesis Monasteriorum, alias Apostolica au-  
 thoritate facta, perpetuo dissolueretur, illaque in pristinum statum ad effectum,  
 ut in eiusdem Religiosi ordinum suorum huiusmodi per illorum superiores,  
 quibus id utile & gratum erit, introducantur, restituerentur, & alia, quæ sequun-  
 tur fierent, quo casu dictus Guilielmus Dux annuos redditus duorum millium  
 florenorum Monasterio celebri, sed tenuioribus subnixo redditibus Montis san-  
 cti eiusdem Ordinis S. Benedicti Augustanæ Diocesis prouincia Moguntin. in aug-  
 mentum dotis illius assignare paratus est, ex hoc omnium huiusmodi locorum  
 statui & felici successui cum maiore Dei laude & seruitio, populique ædifica-  
 tione opportunè prouisum foret. Quare prædictus Guilielmus Dux nobis hu-  
 militer supplicari fecit, ut præmissis annuere, aliasque desuper opportunè pro-  
 uidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia  
 volumus,



volumus, quod petentes beneficia Ecclesiastica aliis vniri, tenerentur exprime-  
 vere verum annum valorem secundum communem æstimationem etiam,  
 Beneficij, cui aliud vniri peteretur, alioquin vnio non valeret, & semper in vnio-  
 nibus commissio fieret ad partes, vocatis quorum interesset, dictum *Guil-  
 elmum* Ducem à quibusuis Excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque  
 Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à jure vel ab homine quauis occasio-  
 ne vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præ-  
 sentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum so-  
 re censentes, dictique Collegij fructus, redditus & prouentus verum annum va-  
 lorem secundum æstimationem prædictam, nec non aliarum vnionum, eidem  
 Collegio hætenus forsân factarum tenores, verum quoque & vltimum primo  
 dicti Monasterij, cujus fructus, redditus & prouentus ad trecentos florenos au-  
 ri in libris Camera Apostolicæ taxati reperiuntur, vacationis modum præsen-  
 tibus pro expresso habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, si vel post-  
 quam dictus *Guilielmus* Dux redditus annuos duorum millium florenorum hu-  
 iusmodi dicto monasterio *Montis sancti* perpetuò donauerit, & assignauerit, vt  
 præfertur in primo dicto Monasterio Abbatis regimine destituito, Ordinem ip-  
 sum Sancti *Benedicti*, ac omnem illius statum & essentiam ac dependentiam re-  
 gulares, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò supprimimus &  
 extinguimus, illudque cum annexis ac iuribus & pertinentiis suis vniuersis, il-  
 liusque ac annexorum sudrum quorumcumque fructus, redditus & prouen-  
 tus huiusmodi, ac iura, proprietates & bona prædicto Collegio etiam perpetuò  
 vnimus, annectimus & incorporamus: annum vero redditum duorum millium  
 florenorum per præfatum *Guilielmum* Ducem vt præfertur, assignandum mo-  
 nasterio *Montis sancti* huiusmodi etiam perpetuò applicamus, & appropriamus;  
 vnionemque prædictam de Monasterijs *Mallersdorf* & *Schamhaupten* eidem Col-  
 legio factam, similiter perpetuò dissoluimus, ac eadem Monasteria de *Mallers-  
 dorf* & *Schamhaupten*, illorumque conuentus, cum omnibus suis redditibus, ju-  
 ribus & bonis, suo suoque ordini huiusmodi ac aliàs, in pristinum & eundem-  
 met statum, in quo ante prædictam vnionem quomodolibet reperiuntur, in  
 omnibus & per omnia restituimus, reponimus, & plenariè reintegramus: ita  
 quod liceat Rectori & Collegialibus Collegij, nec non Abbati & Conuentui  
 Monasterij *Montis sancti* bonorum & iurium sibi applicatorum, ac sancti *Benedi-  
 cti* & sancti *Augustini* Ordinum huiusmodi superioribus Monasteriorum de *Mal-  
 lersdorf* & *Schamhaupten*, ac annexorum & pertinentiarum suorum quorumli-  
 bet corporalem, realem & actualem possessionem, per se vel alium seu alios eo-  
 rum, ac Rectoris & Collegialium, nec non Monasteriorum & Ordinum eorun-  
 dem nominibus propria auctoritate liberè apprehendere, ac etiam perpetuò  
 retinere, ipsasque proprietates & bona locare, dislocare & arrendare, nec non  
 fructus, redditus & prouentus illorum percipere, exigere, leuare, & recupera-  
 re, ac in suos vsus & vtilitatem conuertere, nec non eisdem sancti *Benedicti*, eor-  
 demque quinque aut tot, quot sunt in primo dicto Monasterio, *Mallersdorf* & *S.  
 Augustini* Ordinis prædictorum superioribus sui ordinis religiosos vsq; ad com-  
 petentem numerum in *Schamhaupten* Monasterijs prædictis, vt ibi Conuentus  
 & ordinare cuiusuis licentia desuper minimè requisita. Decernentes, præsen-  
 tes, ex eo quod interessè habentes vel prætendentes ad hoc vocati non sint, nec  
 præmissis consenserint, & causa vel causæ propter quas illa fient, examinata &  
 justificata ac verificata non fuerint, de subreptionis vel obreptionis, seu uolli-  
 tatis vicio aut intentionis nostræ, seu quouis alio defectu notari, impugnari, vel  
 aliàs



alias quomodolibet infringi, aut in jus vel controuersiam vocari, seu aduersus illas quodcunque juris vel facti remedium impetrari nullatenus vnquam posse; sed illas semper & perpetuo validas & efficaces existere, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; neque sub quibusuis similibus vel dissimilibus gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, vel aliis contrariis dispositionibus per quascunque literas vel constitutiones Apostolicas, aut Cancellariæ Apostolicæ regulas, & per nos & successores nostros etiam motu proprio, ac sub quibuscunque tenoribus & formis, nec non cum quibusuis clausulis & decretis pro tempore factis & concessis, etiam in crastinum assumptionis ad summi Apostolatus apicem cuiuscunque ipsorum successorum nostrorum comprehendere, sed semper ab eis exceptas, nec non quoties illas reuocari vel limitari aut suspendi, seu eis derogari contigerit, toties in pristinum statum restitutas, & plenarie integratas, ac de nouo concessas esse & censerem, & ita per quoscunque iudices, etiam causarum Palatii Apostolici auditores, sublata eis & eorum cuiilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & definiri debere, irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Quocirca Venerabili fratri nostro Episcopo *Ratisbonensi*, ac dilectis filiis *Ratisbon.* & Collegiatæ Oppidi *Monachij* etiam *Frisingensis* Diocesis huiusmodi Ecclesiarum Præpositis, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut vnus eorum perse vel alium seu alios eadem præfentes & in eis contenta quæcunque, vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte *Guilielmi Ducis ac Rectoris & Collegialium ac superiorum ordinum huiusmodi seu alicuius eorum desuper fuerint* requisiti solenniter publicantes eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra literas prædictas & in eis contenta quæcunque firmiter obseruari, ac *Guilielmum* Ducem atque prædictos omnesque alios & singulos, quos literæ ipsæ quomodolibet concernunt, illis pacificè frui, & gaudere: Non permittentes illos seu eorum aliquem desuper quomodolibet molestari: Contradictores quoslibet & rebelles per censuras Ecclesiasticas aliaque opportuna juris & facti remedia, eadem auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus sententias, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando. Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio *brachij sæcularis*. Non obstantibus priori voluntate nostra prædicta, nec non *Lateranensis Concilij nouissimè celebrati*, vniones perpetuas nisi in casibus à jure permissis fieri prohibentis, ac quibusuis aliis Apostolicis, nec non in Prouincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, nec non Monasteriorum prædictorum fundatione & dotatione, si obstent, eorundemque & Ordinum huiusmodi etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis etiam illis eorumque superioribus & personis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis, nec non irritantibus, & aliis Decretis in genere & in specie etiam motu simili & aliis etiam iteratis vicibus in contrarium forsân quomodolibet concessis, confirmatis & in nouatis. Quibus omnibus, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis

alia



alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores, huiusmodi, ac si ad verbum nihil penitus omissio, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent præsentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris hac vice duntaxat harum serie specialiter & expressè derogamus, contrariis quibuscunque: aut si conuentui, Vassallis, & aliis subditis primodiçti Monasterij vel quibusuis aliis communiter aut diuifim ab Apostolica sic sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, Et quibuslibet aliis priuilegijs, indulgentijs, & literis Apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa vel totaliter non inserta, effectus eorum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis: prouiso, quod propter suppressionem, extinctionem ac vnionem, annexionem & incorporationem prædictas Ecclesia Monasterij suppressi huiusmodi, debitis propterea non fraudetur obsequijs, sed illius congruè supportentur onera consueta. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, suppressionis, extinctionis, vnionis, annexionis, incorporationis, applicationis, appropriationis, dissolutionis, restitutionis, repositionis, reintegrationis, Decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius nouerit se incursum, Datum Romæ apud S. Petram, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, quarto decimo Kal. Iunij, Pontificatus nostri anno quarto.

Montaltus Vice-

M. Vestrius Barbianus,

Can:

A. de Alexiis.

*Post traditam Reuerendis Patrib. Societatis Iesu possessionem Monasterij Ebersperg, Rectores Collegij Monacensis fuere. An. Christi.*

M. D. XCVI. CHRISTOPHORVS Marianus, an. I.

M. D. XCVII. OTTO Eisenreith, I.

HENRICVS Gaugenrieder.

M. D. XCVIII. MELCHIOR Hertelius, VI.

M. DC. IV. MATTHIAS Mairhofer, III.

M. DC. VII. IACOBVS Keller, adhuc jam XII. annos.

## ESSING ECCLESIA COLLEGIATA.

**I**N Vico seu foro Essing sub arce Randeck ad Altmülam, fundauit D. Vlricus senior de Abensperg, vnà cum filiis suis, Dietrico, Canonico Ratisbonensi, Ioanne, Vlrico, Alberto & Wilhelmo, constituitque ibi sex Canonicos, qui sunt Sacerdotes. Fundauit simul Xenodochium, in quo duodecim valetudinariæ personæ sustententur. Ius verò præsentandi illas personæ reseruauit maximo natu suæ familiæ: vt testantur hac de re literæ foundationis datæ, Anno 1367. Auentinus ponit septem Canonicos & annum. 1363. Sed verisimilior est copia literarum dictarum. D. Weignandus primus fuit ibidem Decanus.

Ad prædictam fundationem dederunt aliqua prædia & bona Wolffhart ab Ouensteren, Berchtoldus Vlrancier, & Albertus ab Erlach; vt testantur literæ datæ, Anno 1361.

Stephanus,